ant. et illis iudicatis. in seruis suis deprecabitur. vel aduocabitur ¶ Non enim repulit deus plebem suam quam prescivit. habet et seruos de omnibus gentibus. vnde conuertit se propheta ad exprobranda idola: que iam a suis cultoribus irridentur dicens.

Simulacra gētiū argētū 7 aurū: opera manuum hominum

Simulacra gentium. ¶ Secunda pars. vbi postquam se laudibus dei expleuit. idolorum cultores irridendo redarguit. quia perfecta laus veritatis est ōstruere falsitatem. Supra in alio psalmo fuerunt eadem dicta. sed repetita: verecundiam augent. Quasi diceret. Deus noster est magnus. Simulacra autem gentium. sunt argentum et aurum. ¶ quantum ad materiam. et opera manuū hominū. q̄tū ad formam.

Os habent 7 non loquentur: oculos habēt et nō uidebunt. Aures habent et non audient neq; eni ē spūs i ore ipsorum.

Os habent et non loquētur. oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient. Deinde concludit omnia ostendens q̄ nec hominibus nec pecoribus possunt comparari cum ait. neq; ei est spiritus in ore ipsorum. ¶ illa exteriora artifex potuit facere. sed non spiritū dare. nec auditum auribus. nec lucem oculis. nec vocem ori. hec scientes irrident idola. Sed quid nescientes?

Similes illis fiant qui faciūt ea: et omnes qui ꝛfidūt in eis.

Similes illis fiant. iterius. qui faciunt ea. et oēs q̄ confi. ī eis. et ita ꝓculdubio fit. Exprimit nanq; ī eis quedā similitudo idolorum. non quidem in carne eorum. sed in interiori homine. Aures enim habent ¶ nec audiunt deū ad ipsos clamantem. oculos habent · nec vident fide. nares habent. nec sentiunt bonum odorem christi.

Dom⁹ israel bñdicite domio: domus aaron bñdicite dño.

Domus israel benedicite domino. Tercia ps vbi post irrisa idola laudes dī celebrare omnes monet ordines. q. d. cultores idolorum similes illis fiant. sed vos qui estis domus israel. ¶ scz domus que quotidie suscitatur de lapidibus. de q̄bus potens est deus filios abrahe suscitare. benedicite domino. et vos qui estis domus aaron. ¶ scz, ppositi. bñdicite domino. Et vos qui estis.

Domus leui benedicite dōmino: qui timetis dominum benedicite domino.

Domus leui. ¶ id est ministri. benedicite domino. et omnes qui timetis dñm. scz omnes populi. benedicite dño ¶ Prepositi sūt dom⁹ aarō. mistri dom⁹ leui. populi oēs qui timent oēs generalr sūt dom⁹ israel ¶ Oēs ergo vna voce dicamus

Benedictus dominus ex syon qui habitat in hierusalem.

Benedictus dominus. Et loquitur in ꝑsona omnium fidelium. vel in ꝓpria ꝑsona dicit hoc, ppheta 7 hoc facit qd̄ alios facere docuit. Q. di. benedicite dño et ego etiā ex ꝑte mea dico. Bñ. sit do. q̄ venit ex sy. hō fact⁹. q̄ ha. in hie. vbi ad lram predicauit. et mlta miracula fecit. vel iuxta interpretatōes noīm. ¶ Syō ei ītpretat speclatō. hierlz visio pacis. nūc ergo ex sy. i. a nobis. bñ. ē. q̄ q̄diu spe viui⁹: sū⁹ ī syon. qz speculamur q̄ vēiat. finita via: erim⁹ cū illo ī ētna ciuitate. qz ipse est qui habi. in hie. celesti. que nūq̄z ruita ē. vbi videbim⁹ eum ī ētna pace.

CXXXV

Alleluia

Alleluia. ¶ Psalm⁹ iste laudē dī ꝓtinz. vbi etsi mlta ī laude dei dicant. maxīe tñ hic mia dī cōmdat vñ et dīsa ītia versuuz in vnum finem ꝓueniunt. quia quidq̄d hic dī ad miam dei refertur: sine qua non subsi-

stitur que omnia operat̃. In mia ergo pseuerare monemur. Magna virt⁹ hui⁹ psalmi in palypomenō ostenditur: vbi legitur q̄ cū cepissent filij israel deū laudare et dicere. Confitemī dño qm̄ bon⁹ qm̄ ī secu. mia ei⁹. impleuit gloria d̄i domū dei. Ita presto est diuine gratie presentia si pure cantatur. ¶ Intentio monet ad laudem. Modus tripertitus est psalmus. Primo magnificentiā d̄i ⁊ totius orbis conditionē exponit. Secūdo dicit que in egypto et in gente iudeorū fecit in figuram nostri. ibi. Qui pcussit Tercio agit de christianis ibi. Et dedit t̃rā eoꝝ heredi. Ad laudem ergo dei inuitans ait.

Confitemī domino quoniam bonus: qm̄ in eternum misericordia eius.

Confitemini. Laudes et peccata. do. qm̄ bonus est. quia laudes audit et peccata dimittit. Ideo om̄es et semp laudare d̄bemus. Modo laudemus vt cū angelis laudare mereamur. Ipsa laus ē nostra refectio vt nulla videatur simul delectatio. Ipsa est remuneratio que et operatio. ergo Confitemī domi. ideo. quoniā in eternū. id est hic et in futuro est misericordia ei⁹. qꝛ hic parcit. ibi coronat. vl̄ in eternuꝫ. id ē in seculū presens est mia eius. p quam a miseria peccati liberat. Vel ita dico. Confitemī. nec p hac confessione estis aliquod temporale sūpturi. quoniā in eternū. id est etiam post iudiciū est. misericordia ei⁹. id est beneficium qd̄ misericordit̃ prestat. eternū ē. qꝛ data p mīam beatitudo et̃na erit. Deiñ extēdēs excellētiā illius. cui cōfiteri nos monet. subdit

Cōfitemini deo deoꝝ: qm̄

Confitemī deo de. ⁊ c. Deos dicit hoīes ad quos sermo dei fact⁹ est in alio psalmo. vbi ait. Ego dixi. Dij estis. et nō iō dicūt̃ dij q̄ oēs sint boni. Si eī oēs bōi essent: nō diceret in eodē psal. in medio aūt deos diiudicat. id est discernit de q̄bus etiam subdit.

Confitemī dño dñoꝝ: quoniā

Con. do. do. ⁊ c. Pluralit̃ dicit deos et dños. Si quidē sint dij mlti et dñi mlti vt ait apostolus sup quos ipse ē. sequit̃

Qui facit mirabilia mag̃ sol⁹.

Qui fa. vel fecit mira. ma. so. Sciendū q̄ sicut ī fine versuū ponit̃ vbiq̄. qm̄ ī eternū mia ei⁹. sic ī capite oīm licꝫ nō sit positū sb̄audiēdū ē. Cōfitemī. qd̄ apt.⁹ ē ī greco. vt si dicerem⁹ faciēti mirabilia. l̄ ei q̄ facit mirabilia vbi ncio sb̄audiret̃. ꝯfitemī. qd̄ nr̃a locutō ī his oībus seruare ñ potuit. et ideo latino sermone dici nō potest nisi in quibusdā subaudiatur hoc totū ei qui facit vel fecit. vnde obscurū est quod hic dicitur. ita vt possit putari sententia. sic iungi Qui facit mirabilia. Qui fecit celos ⁊ c. quo. in eternū misericordia eius. Quasi. ideo ista fecerit. quia in eternuꝫ est misericordia eius. Cum potius pertineant ad misericordiam hi: quos a peccatis mundat. et de miseria liberat. Hoc autem ad bonitatem. qd̄ celum. terram. et omnia valde bona creauit. vt essent. Dicendum ē ergo et si positum non sit. Confitemini ei qui facit vel fecit hec vel illa. ideo qꝛ eius misericordia est vobis eterna. vt finis singulorum versuum: referatur ad principium hoc modo. Confitemini ei qui facit mirabilia magna solus. Ideo Confitemini. quoniam in eternum misericordia eius: et in ceteris. Solus deus mirabilia dicitur facere. Quia que per homines vel angelos fiunt ipse facit. et quedam magna ipse solus sine ministerio hominis vl̄ angeli facitque prius exequitur dicens.

Qui fecit celos in intellectu

Qui fecit celos in intellectu. id est. intelligibiles. vel intellectuales. scilicet empireum. quod et si sit corporeuꝫ. tamen tāte est tenuitatis: vt a mortali videri nō possit.

Qui firmauit t̃rā super aquas

Qui fir. ter: su. aq̄s. vniuersā ergo creaturā p se: ñ p creat̃aꝫ fecit. c⁹ aliquas ex

tellentiores ptes ponit. ex quibus omnia cogitentur. id est intelligibiles celos et visibilé terrā. Sz quia sūt et visibiles celi. p coz luminaria totum celeste corporeū intelligere nos ammonet sb̄dens

Qui fecit luminaria magna

Qui fecit lumi. mag. scz solé et lunaz et stellas. Vel p celos celestē machinā accipiamus. et est sensus. Qui fecit celos ñ alterius opera secutus. sed in intellectu suo. id est in sapientia sua. Unde. Omnia in sapientia fecisti deus. qd̄ dictum é de celis. de omnibus alijs debet intelligi hoc modo. Qui firmauit terrā sup aquas. subaudis. ī intellectu. Sz quomodo grauior terra ab aquis leuiorib̄ portat? Sz siue ita siue aliter sit. ne aduersus eos qui se putant istis certis rationibus xpisse. contentiose agere videamur. habemus qd̄ de primo intelligā. Dicit̄ eñ terra sup aquas fūdata: eo q̄ aquis circūfluentib̄ supeminet. Sicut dicit̄. Illa vl̄ illa ciuitas super mare fūdata. non q̄ mare sb̄ ea sit. sed quia mari supeminet. Sic domin̄ sup puteū sedit. id é iuxta puteū. Sequit̄. Qui fecit luminaria magna. Que.

Solē in potestatē diei.

Solē i po. di. hec p se solus facit. Sol potestas é diei. quo omnia declaranť. 7

Lunā 7 stellas ī ptātē noctis.

Lunā et stellas. fecit. in potestatē noctis id é vt sint lux noctis. Vl̄ typice hec accipi possunt. Fecit ergo in intellcū celos id est spirituales sāctos. quibus nō modo credere. sed diuina intelligere dedit. Siplices autem qui solam fidem firmā tenent. quasi infra celos terra dicuntur qui quia in baptismo quem acceperūt. firma fide consistūt. quasi super aquas terrā firmauit. Sequit̄. Qui fe. lu. ma. id é dona gratiaz fidelib̄ suis contulit. Que: Solē ī po. di. Lu. et stel. ī po. no. Per solē accipit̄ donū sapie. quod dat̄ diei. id é spiritualibus vt possint lucere Per lunam spiritus scietie. Per stellas alia minora dona. que dantur nocti. id é minoribus. vt et ipsi possint lucere in nocte huius seculi. Hoc est quod apostolus ait. Alij p spiritū datur sermo sapientie. hic est sol. alij scientia. hec é lūa alij fides curatō 7 c. De sūt stelle. Nihil eñ horum é quod in nocte huius seculi non sit necessariū. postea cessabūt: cū transierit nox ista. et venerit dies. Hec aūt fecit in potestatē diei vel noctis. id é vt potestas sit diei lucere vel nocti. Distat aūt sapientia a scientia testāte sācto iob. qui quodammō singula diffiniens ait. Sapientia est pietas. id est dei cultē que é in cognitione et dilectōe eius. qd̄ semper est et incōmutabiliter manet. qd̄ deus é. Scientia vero é abstinere a malis. id é in medio praue nationis. quasi ī nocte hui̇ seculi prudenter versari. vt abstinendo quisqz ab iniquitate non cō fundatur tenebris proprij muneris luce discretus. Aliter etiam potest dici mystice ab illo loco. Qui fecit lūinaria magna. id est celestes spiritus qui sunt ante omnia lucentia. et fecit solem. id é sapientes. in pote. diei. vt per eos maiores luceant. et lunam id é ecclesiā. et stellas. id é diuersos ordīes. ī pote. noc. vt p hec quoqz minores luceant.

Qui percussit egyptum: cum primogenitis eorum.

Qui pcus. egy. cu pmo. e. Scda ps vbi dicit que ī egypto fecit et ī gēte iudeoz. sb̄ figura. nr̄i. Et notādū q̄ supra dixit. que solus fecit. hic iā icipit ostēdere que p angelos vel p boīes fecit. q̄i. Cōfite. ei q̄ pcus. egy. cū pmo. eo. Typice ita percussit. et seculū cuz his que precipua putanť in seculo. Primogenita nanqz egypti percussit. quādo glaz secli dānauit. que putabatur precipua. Luxus enim superbia auaricia sunt. que primo generat venter. et vt charos filios amplectitur. sed deus a se excludit.

Qui eduxit israel d̄ medio eoz

Qui edu. isrl̄. de me. coz. Sic et sāctos de maloz uersatōe educit. Educit dico

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In manu potēti et brachio ex/celso.

In manu potenti et brachio ex. Man⁹ dei est inuincibilis actio. que a brachio venit. id est ab omni potentia singulari Hoc est brachiū de quo dictum est. Et brachium domini cui reuelatū est

Qui diuisit mare rubrum ī diuisiones.

Qui diuisit mare rubꝝ ī diuisi. Ad litteram in diuisiones duodecī ꝓ numero tribuum. vt singl'e tribus suas vias meādi haberēt. Typice sic per varias vias de mundo ad deum transitur. Per mare quippe rubrum seculū accipitur vel ꝑ mare rubrum intelligitur baptismus quem nunc diuidit deus vt vnus et idē baptismus. alijs sit in vitaꝫ. alijs ī mortem.

Et eduxit israel ꝑ mediū eius.

Et edu. is. ꝑ me. e. Sic etiā educit īnouatū populum ꝑ lauachra regeneratōnis

Et excussit pharaonem ⁊ uirtutem eius: in mari rubro.

Et excussit phara. ⁊ c. Ita interimit peccata suoꝝ ꝑ baptismū. vel phara. et virtu. e⁹ ī mari ru. id ē diabolū cū mīstris celitus ī baptismo excussit: vt puluerem qui celeriter excutit. In hac celeritate et virtus deitatis ostendit. et illi terrene sordes esse indicant: quas solemus excutere. Et congrue per pharaonem diabolus intelligitur. Pharao enim masculos necat. et feminas seruat. Ita diabolus virtutes prefocat. et concupiscentiā nutrit.

Qui traduxit populum suum: per desertum.

Qui traduxit populum suum per desertum Ita et nos per hoc seculū transduxit. ne ī eo pereamus vel adhereamus.

Qui percussit reges magnos Et occidit reges fortes

Qui ꝑcus. re. ma. Et occidit re. for. Ita et ī fidelib⁹ suis diabolicas et noxias potestatis ꝑcutit et occidit.

Seon regē amorreoruꝫ

Seon regem amorreoꝝ. Sic et germen inutile vel calentem tentatōꝫ amaricantiū occidit.

Et og regē basan.

Et og regem basan. Ita et coaceruantē diabolū regem basan. id ē confusionis. Quid em̄ coaceruat diabolus nisi ꝯfusionem.

Et om̄ia regna chanaan.

Et ddit t̄rā eoꝝ hereditatē

Et oīa regna chan. Et dedit ter. eoꝝ here. Tercia pars vbi descendit ad christianos exponēs bn̄ficia eis data. vt sic vnum auctorē omnium scias.

Hereditatem israel seruo suo

Hereditatem israel seruo suo. Quasi ita percussit predictos reges. Et dedit t̄ram eorum hereditatem: hereditatē isrl' seruo suo. Sic et quod possidebat diabolus. hereditatem dat semini abrahe. quod est christus. et accipit ꝑ israel seruum christum Vel per israel seruuꝫ accipit christianos. quibus data est promissio iudeorum. et est sensus Predicta beneficia ad litteram contulit iudeis. Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel seruo suo. id est promissionem eis sub figura factam. dedit christianis. et si enim hoc videatur de hebreis dici: ad christianos tamen proprie pertinet: quibus datur promissio illis facta. ad quos proprie pertinet humilitas: quam christus docuit. Unde subdit.

Quia in hūilitate nostra memor fuit nostri.

Quia in humilitate nostra. scilicet interiori. que est propria christianis. Vel in humilitate. id est. in deiectione: nostra. memor fuit nostri: quando aduenit.

Et redemit nos ab inimicis nostris

Et redemit nos ab inimicis nostris. hoc proprie de christianis quos redemit sã guie vnigeniti filij sui. Pro hebreis eĩ nullum precium dedit egyptijs.

Qui dat escam omni carni

Qui dat escam. spiritualez. De qua dicitur. Caro mea vere est cibus. omĩ carni. scilicet omni generi hominum israel scilicet et gentium. non sicut manna soli iudeo dedit. et quia sic facit. ergo.

Confitemini deo celi.

Confitemini deo celi. Hoc est quod supra dixit. deo deorum. Unde et hic r̃petit quod ibi sb̃iunxit.

Confitemini domino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum. ido confitemini. quoniam in eternum misericordia eius

CXXXVI

Psalmus dauid propter hieremiam.

Psalmus dauid propter hieremiam Tercius psalmus de lamentatione hierusalem ẽ hic. de hoc. quia a babylonijs destructa est. precedunt alij duo. scilicet. vt quid de⁹ repulisti. vbi agitur d̃ captiuitate facta a romanis. et Deus venerunt. vbi agit̃ de vastatõne facta sb̃ antiocho. hic aũt agit̃ de captiuitate facta a nabuchodonosor quã hieremias q̃druplici alphabeto deplorauit. ꝓpt̃ qd̃ titl̃s h⁹ psalmi nomẽ ei⁹ cõtinet. et ẽ sẽsus. Ps iste ẽ dd̃ ꝓphete ens vl̃ hĩt⁹ vl̃ ꝯposit⁹. ꝓpt̃. i. iuxta hie. qꝛ agit de captiuitate iudeoꝝ quã d̃fleuit hiere. ĩ figura nr̃i. q̃ spũalit̃ captiui tenemur Sicut eĩ due fuerũt ciuitates hierl̃m et babylonia. q̃rũ alt̃a afflixit alt̃az atz captiuauit. ita mõ due ciuitates sũt. vna bonoꝝ. alt̃a maloꝝ ꝑmixte corpe. sepate corde. scz hierusalẽ ⁊ babylonia. Tenet̃ aũt hierl̃z captiua. ĩ babylonia. sz nõ tota. Ciues eĩ ei⁹ sũt angeli. oĩs mis̃ie exortes. sz tenet̃ captiua. s̃m hoĩes predestinatos ad gloriã. qui per peccatũ captiui sũt. et a patria peregrini. De ea ergo captiua ꝑ peccatũ hic agitur. de reditu supra egit ĩ psalmo illo Te decz hymn⁹ de⁹ ĩ syon. Ibi dr̃. te decz hym. in sy. hic. Sup flu. ba. il. se. et fle. Si enim ciues sumus de syon. in atrijs hierusalem stamus spe. Sed hic in ista babylonia. id est in confusione huius seculi: non ciues habitamus. sed captiui tenemur et sedemus humiles. penitẽdo et confitendo. Sunt autem et alij futuri hierusalem ciues mente. qui iam sunt predestinatione. sed adhuc corpore et corde sunt ciues babylonie. eiqꝫ seruiũt Habet enim babylonia amatores suos consulentes paci temporali. et nihil vltra sperantes. totumqꝫ gaudium suum ibi figentes. et videmus eos pro republica terrena plurimum laborantes Sed quicunqꝫ in ea non superbe sed fideliter versantur. vt quantum intelligunt fidẽ exhibeant. quã possunt. et quibus possunt. eos non sinit deus perire. in babylone. Predestinauit eniz eos ciues hierusalem. Intelligit enim charitatem vel captiuitatem eorum. et ostendit eis aliam ciuitatem. pro qua laborent. cui suspirent. ad quam et alios adhortentur. Unde dicit dominus iesus. Qui in modico fidelis est. et in magno fidelis est. et rursus. Si in alieno fideles non fuistis. quod vestrum est. quis vobis dabit? De talibus tamen nõ agit hic psalmus. sed de illis qui mente et desid̃rio sunt ciues hierusalem. Intentõe monet non conformari babylonie. sed in supernam hierusalem suspirare. Modus bipertitus est psalmus. Primo captiuandos longe post per nabuchodonosor. quos defleuit hieremias. hic sua mala flere. nec inter mala obliuisci hierusalem. inducit in figura nostri. Secũdo contra hostes ad deum fit cõuersio. ibi. Memor esto. Propheta ergo in persona captiui. qui quasi laudibus stantium in domo excitatus est lamentationem hanc profundit d̃siderio patrie dicens.